

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Konrad Brandt

Oratio De Quaestione, Cur Bonis In Hac vita male sit; malis vero bene

Rostochii: Richelius, [1616]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728269155>

Druck Freier  Zugang





Ad-1028¹⁻⁸





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn728269155/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728269155/phys_0004)

DFG

ORATIO
DE QUÆSTI-
O N E,

CUR BONIS IN HAC
vita male st; malis verò bene;
Publicè habita & in Colle-
gio Majore reci-
tata
à

CONRADO BRANDT
Rostoch: Scholæ patriæ
Collega & ad D: Pe-
trum Cantore.



ROSTOCHII
Typis Heredum Richelianorum.





Lectori benevolo S. D.


Unibus seculi homines seniores torfit hac cegitatio, quia
est, ut improbi in prosperitate, probi in adversitate con-
tinui versentur. Etenim cum DEUS sit olls ipse, cuius
oresias tania est, quanta potest esse maxima: à quo
uno pendent omnia: à quo abest iustitia: & tamen nō
raro accidit, ut, qui studium suum in probitate maximè ponunt, maxi-
mè vexentur: cum malis autem & culpæ affinibus ita prosserè agatur,
ut eorum felicitati nihil posit consensi: Nec quidem diversa eventuum
ratio. Ethnicos in primis quosdam cō adegit, ut & omnem r̄im perfrac-
temq; DEO adiungerent, & ad prosseram adversamq; fortunam, qualis
aut quoniam idmodū vixerit nihil interesse, impie affirmarent. Quan-
quam non solos Ethnicos hæc iniquitas turbavit. Ipsa etiam sun-
ditis hominibus eadem injectit scipulatum haud lerem. Ac profecto
questus ferè quicq; est, qui in humana intentione officiens, cum improbi-
tate in foro, in curia, in suggestu colligate constuit; cum Turcicam
Tyrannidem, cum Pontificiam impietatem florentem, certi: qui ne-
gare posset, ex iure in suo peccato aliquando dubitationes, cu: cind
DEVS terras, an nullus insit Rector, & in certo fluant mortalia casu
His tantis artib; quibus Regius etiam Propheta David se aliquando
conuissum fateatur, certi: aliquid ex verbo DEL oppendorum est,
mensq; confirmard: ut certo certius statuar, esse DELM, & esse
providentiam divinam. Eisi autem homines profani, quiq; in di-
em vivunt, sive deg; habent, quomodo in manu rei agantur, cum
per ipsos licet & iniquiterq; regi fieri, aut pedibus sursum deor-
sumq; omnia trahi: deca tamen eos, qui Christiani duci gaudent, ut
in hujus rei considerationem quod die veniant, ut DEVS illas que
boni & denuo delicii, bu detribat, cum male communiciat.

Quare laudandum est studium ornatissimi & doctissimi juvenis
CONRADI BRANDT Rostochiensis, Schola patriæ in incla-
ta hac urbe College, & Chori musici ad Divum Petrum rectoris, qui
oratione erudita & elegante caussas, Cur pijs male hic sit, & malus
benes complexus est. Cui cum publicè ejus recitanda potestas facta sit:
Magnificum Dn:RECTOREM, Reverendos, Clarissimos, consultissimos,
humanissimos, amplissimosq; omnium hujus Academie ordinum Profes-
sores, Doctores & Magistros, nobilissimam studiofissimamq; juventutem,
ceterosq; omnes, quibus hac dicendi studia probantur, etiam atq; etiam
rogo, ut ad optimum hunc juvenem audiendum die perendini, die
Sabbati, hora 9. matutina, in Auditorio majore convenire non graven-
turs; sicutq; præsentia cum studium Dicentis excident, cum alios ad hujus-
modi ab honesto & disendo cupido animo projectos conatus inflam-
ment. P. P. Rostochij, die quo Ecclesia recolit memoriam Christi
DEI HOMINIS de hostibus victu triumphantis, & in
calum ascendentis A N N O 1616.

IOANNES SIMONIUS
P. P.



Quæ



Uæ singula homini imprimis adolescenti, & cū
à ceteris rebus satis tenuiter instructo, tum in
hoc genere penitus rudi inter tot Eruditissimos
viros ad dicendum accedenti, timorem facere consue-
vare, M. Dn. Rector, Rev. Ampl. Clariss. viri, tuq; nobis
lissima juvenum corona, ea mihi sese hodierno die obij-
ciunt universa. Sive enim loci amplitudo adferre per-
turbationis aliquid potest, in loco publico dico: sive
audientium dignitas, magna lectissimorum hominum
adstantia dico: sive ipsa orationis materia ita dico, ut
sit mihi eodem tempore de Genio & ingenio, de doctrina
reliquisq; ornamentis omnibus in literarum hoc cer-
tamine periclitandum. Etenim eloquentissimos olim vi-
ros accepimus cum ad dicendū venissent unius Principis
adspexit ita conturbatos fuisse ut obmutescerent. Quid
michi tandem animi esse oporteret, qui neq; perit, neq; pa-
ratus neq; cū ijs omnino comparandus sim! Nolim autem
quisquam vestrum de me afflimet, me ingenij quadam
& ostentationis fiducia fretum, vel aliquā vana honoris
opinone adductū perorandi caussa in hunc locum con-
scendisse & in conspectū vestrum augustissimū prodijisse;
quis e ē est qui sibi isti modi aliquid de se ipso polliceri au-
silio imprimis qui facile intelligo, quā in me non sunt
illa quæ in oratore desiderantur, & quæ rei magnitudo

A 3

de qua

de qua est dicens dum, quia quidem tanta est, ut nec ei
ex Rhetorum Schola quidam politulus, cui licet vel
Ciceronis conspersa floribus ad aures audientium su-
vitatem deliniendas, vel Isocratis vincita nervis ad animos
eorum rationis pondere perfringendos Oratio fluminū
instar proflueret, sufficeret. Itaq; quemadmodum
Atheneius, cum eoram Philone dissereret, cujus jam
aures cognoverat & Demosthenicæ Eloquentia inustas
calamistris, & Atticæ dictionis puritate delicate politas,
illum somnia vit absentem ne tanti viri cogitatio medi-
um suæ dictionis filum intercederet: sic ego quoad
dissertuero pro hujus loci ratione & materiei dignitate,
ne vocem hanc meam medijs in fluctibus fluctuarem
obrueretis penitus, vos aliquantulum vigilans somniare
absentes cogeret, nisi summâ de vestrâ singulari huma-
nitate concepta spes, & magna quadam adprobandæ
vobis, sin minus eruditioinis, ad certe voluntatis meæ
cupido animū adderet. Memini enim quanta vultuila-
tate, quanta alacritate animi alijs ante hunc diem au-
res dare consueveritis. Eundem in prosequendo amo-
rem: Eandem in audiendo benivolentiam: Idem in
adprobando studium de vobis mihi polliceor. Acce-
dit & hoc quod ætati huic nostræ virtio non derit, sed
laudi potius duci persuasum habeo, si quid in bonis ar-
tibus iuscipliat, quo doctis suam industriam probet, ali-
orumq; qui aureum eloquentiæ flumen vix primis la-
bris gustantes illud cane & angue peius spreverunt &
sicco pede præterierunt, studia & laudabiles conatus
stimulo hoc, velut flamma flabro, excitare posse videan-
tur, etiamsi vires conatur interdum non respondeant.
Hilce igitur fretus rationibus dicendi hoc munus in me
recipiens

recipens, dicam de causis Ceteris in hac vita sit ma-
le, malis v. bene; quam questionem non ita tractabo,
ut ei aliquid alieni adsingam, aut quæ illius propria
sunt in maius extollam, quorum alterum si coner, ipsa
mihi res, tanquam Achilli Homerica Pallas manum
iniciat, sed ut nudo, simplici atq; inexcuto orationis
genere, quale veritatis proprium ait Euripides, ea quæ
ad rem facere videbuntur, exponam.

Quod dum facio, à vobis, Auditores, ut oratiunculam hanc meam, nullis Rhetorum flosculis convestitam, nullisq; figurarum Phaleris exornatam, vestro fa-
vore & silentio sublevetis, attentionem silentio indicetis,
benivoliasq; aures mihi & animos accommodetis, quo
felicius instituto meo perfungi, cursumq; meum ad
optatum finem perducere possum, quam possum offici-
osissimè peto, contendō, oro.

Magna inter mortales vis est & rabes opinionis,
humana & divina veneno suo infestans. Nam si re-
rum naturam extra nubem contempleremus, longè di-
versa, quam se per vanas, falsasq; species ingerit con-
ditio, & ut ita dicam facies sit universitatis. Sed mens
opinione corupta circa DEUM olim lusit: quod bonū
malū quod malū bonū persuasit. Quis enim vestrū est,
Auditores, qui nesciat, quantopere in perscrutādis rerū
exordijs veteres (ut excellentis Poetæ verbis utar) Epicuri de grege porci se torserint, quamq; nihil si res
veritatis libra perpendatur, effecerint? Dum aliud uni-
versam hanc mundi machinam ex temeraria quadam
minutissimorum corporum concussione coaluisse pu-
tavit, qui si vel unam earum quas somniabat atomum
sapientia habuisset, fari hæc erubuisse. Alius vero

metuens ne plus DEO negotij daret, quam humerum
viribus sustinere posset, si tam multæ ei res & viden-
dæ & providendæ forent, omnem ipsi rerum humana-
rum scientiam stultus ademit. Cum enim in immundi
mundi sea na, multa viderent secus evenire, quam ipsi
divinoæ sapientie ac bonitati rationis ductu convenire
existimarent, nihilq; in ea certi, sed omnia agili quadā
inconstantia rota circumagi: optimos plerumq; premi
paupertate, improbos vero divitijs abundare: ignomi-
niam, exilium, cruciatus, morbos, ærum nas proprium
quodammodo honorum & in virtutis contubernio alto-
rum virorum patrimonium esse, cum interea multi pro-
speritatis Mandragora consopici, in cunis & crepundijs
felicitatem ipsam à lacte Fortunæ nutricis haurirent, in
infandis dubitationum & errorum labyrinthis involuti,
& nullo firme ac stabili fundamento innixi & commen-
ta opinionum sequentes, hoc illuc tanquam incertis acti
tempestibus, fluctuarunt. Non etiam nulli bonis
male, malis bene rectè dici cum negassent, paradoxon
id esse, & idem ac si dicat quis, cur sani morbis adfici-
antur, morbidi vero sanitate gaudeant, adfirmare ausi
fuere: siquidem viro bono, licet rotæ adfixus aut Pha-
laridis tauro inclusus sit, nunquam male esse posse,
Senecæ robur suadet. Felicem enim hinc Mucium
Scævolam prædicat, non quod manum in sinu amicæ
soverit, sed quod hac hostiūm ignes premens erroris
sui pænas à se ipse exegerit, quodq; Regem quem arma-
ta manu non potuit exusta in fugâ n̄ conjecerit. Iisdem
quoq; laudibus Fabricium extollit, quod rus suum, quā
tum à Reipub. vacavit foderit, quodq; potius cum Pyr-
rho quam cum divitijs conflictatus fuerit, quodq; ad
focum

focum sedens, non longinqui litoris pisces & peregrina aucupia in ventrem congesserit, vel conchylijs superi atq; inferi maris pigritam stomachi nauseantis creixerit, sed illas ipsas radices & herbas, quas in agro repurgando triumphalis senex evulserat, eanaverit. Nec ego Marcum Regulum, inquit eloquentiae suada & patens Cicero, ær umnosum, nec infelicem, nec miserum vñquā putavi. Non enim magnitudo animi ejus cruciebatur à Pænis, non gravitas, non fides, non constantia, non ulla virtus, non deniq; animus ipse: quamvis corpus caperetur, capi certè ipse non potuit. Nec divites potentes, robustos esse, neq; pecunias illorum, neq; magnificè exstructa, neq; opes, neq; imperia, neq; eas quibus maximè adstricti sunt voluptates, in rebus bonis esse numerandas duxi, quippe cum viderem homines his rebus circumfluentes, ea tamen desiderare maxime, quibus abundantent, neq; unquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis, neq; ea solum quæ habent libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. Potest enim bono cuiquam malo esse? aut potest quisquam in abundantia bonorum ipse esse non bonus? At qui ista omnia talia videmus, ut etiam improbi habeant, & obsint probis. Recte quidem hæc proferuntur, Auditores, si rectè & sanæ mentis sensu percipiuntur. Sed hinc efficere velle non rectè dictum bonis esse malè, malis benè; hæc sunt illa monstra, hæc sunt illæ Chimæræ, hæc Echidnes, quas non irata Iuno, aut Diana, non offensa Ceres aut indignabundus Apollo animis eorum immisit, sed humani ingenij dissoluta ac indomita rabies sibi ipsi finxit: Quæ si exaggerare vellem, quid aliud agerem, quam quod certamen in-

B

saniæ

sanix eum ihs susciperem : siquidem ex hoc tum confuso, tam multipliei ceterimarum opinionum velut cinno, nihil veri, nisi semper copiosissimam hominum variè insanientium fuisse messem, colligere possumus Quid enim hoc aliud est, quam noctem ac caliginem rebus inducere, & quasi Circeo quodam poculo ad eā dementiam homines adigere, ut certi ac firmi in quo consistant, nihil habeant. Verum, ut ut sit, largimur illis lubentissimè, divitias, opes, robur nullum reddere bonum, siquidem ab omnium genetrice natura sic dotata & ditata haut reperiuntur. Nam ut equum meliorem non reddunt aurei freni: sic nec hominem fortunæ ornamenta; & ut ille nec melior gubernator, cui pulcrius aut maius navigium: ita nec melior vir cui fortuā splēdidior. Per se autē bona esse quis negaverit, in quo gutta non sapientia & veritatis solum, sed mica pietatis, siquidem à DEO promanent, eumq; conseruatorēm habeant. Ille fons vitæ, fons omnium bonorum, quæ ad sustendandū & alendum fragilem humani corporis sarcinam requiruntur Quod vero cultores sui interdum defraudant, hoc non bonis ipsis, sed illis quibus abutuntur donis, expensum ferendum est. Clarius hoc elucebit adhibitis exemplorum conspicillis. Citharam pulso benè sonantem & nervis doctè vinctam, quod tamen dissonat, instrumenti vitium non est, sed meum. Terra hæc fruges omnes alit communī succo : sed aliæ salutarem fructum proferunt, aliæ venenum : quid dices ? à terra hoc esse, aut potius ab insita frugum vi, quæ alimentum bonum decoquit in suum virus. Simile hic est. Aurum argentum & reliqua

Reliquæ vanæ mundi deliciæ si animi bonum spectas,
nec bona sunt, nec mala. Usus horum quidem bonus;
abusio mala. Philosophus missa lingua victimæ, rem
simul optimam & pessimam misit: sic opes, robur &
hujus generis alia, optimæ sunt si rectè utantur, pes-
simæ si securi. Concludimus igitur divitias, robur,
potentiam, honorem bonum esse, recteque dici, si boni
inopia & multiplici ærumnarum jugo premantur, ijs
esse male: & si mali in opibus omniumque rerum felici-
tate circumvolvent, illis esse bene. Hujus vero rei
causas dum inquiero, quæso vos, ut si me sublimia hu-
milater, amplat cenuiter, illustria inornatè tractantem:
ex innumerabilibus quæ ad dicendum suspetunt,
plurima prætermittentem, pauca præmonentem veri-
us, quam exponente in audietis, cogitecum cum animis
vestris, neque posse quenquam in tam ubere materia
persequi omnia, neque quæ satis per se splendida sunt
& magnifica, verborum ornatu eleganciaque, pompâ
indigere.

Varia a. Auditores, & discrepans non solum vul-
gi & imperitorum hominum, quorum uterus stupidæ
curiositatis semper tumet, sed etiam Philosophorum
& doctorum virorum opinionum fuit & adhuc est
colluvies, cur Deus pios, quosque; ipse apertissimis si-
gnis sibi carissimos esse declarat, plerumque; omni acer-
bitatum genere vexari agitarique; patiatur, verum nos
hoc ministerium, quia genij ingenijque; nostri fenestras
haut adit, sed altius est & ardentius, quam ut humani
intellectus vestigium firmiter id premet, sinamus:
neque enim necesse argumentorum subtilitatem sequi,
ubi magistra Natura uti possimus: neque quæ sensu pa-
tens

tent ratiōnis Pegaso indagare. Laborarunt sub ærūm-
narum mole primi parentes nostri ab eo usq; tempore,
quo homo fæminæ consilio arbitrium suum permit-
tens, jussi à divino facessere conspectu, indeq; tanquā
in Insulam quandam omni acerbitatum & ærūmna-
rum vitio scatentem, deportati fuerunt. Vixerunt in
bonis & asperis rebus quotquāc pīj unquam fuere, &
gustarunt abunde è dupli ci dolio, quod ille supremus
symposiarcha eis miscuit.

*Numquam bella bonis, nunquam certamina desunt,
Et quo cum certet mens pia semper habet.*

Gemebundi vitam ingredimur, sudore hanc tran-
sigimus, languore eam conficimus. Illustrum ac in-
firmorum eadem est ratio, nemo est quisquam qui se
huic conditioni exemptum gloriari possit; adeo est
cæteris animantibus iniquiore conditione homo; natus
atq; editus in lucem se loco moveri nequit. Hæc Se-
neca perpendens non minus vere quam eleganter
dixit; Quemcunq; miserum videris, hominem scias.

Nihil enim tam optabile aliquod bonum est, quod
non mixtum poculo aliquo mærorum. Hæc publica
& æterna lex, cui improbus & refractarius est quisquis
repugnat. Sunt autem omnia ~~mænūcula~~ ~~mænūcula~~, & quo
quis majorem ærūmnae vertit rotam, eo se rectius ho-
minaem, id est humum noscere incipit. Romanis cum
ob res feliciter in bello gestas, triumphus à senatu de-
cretus esset, & in triumphali curru tempora laurū cincti,
albis vesti equis, maximo prætereuntium & sequenti-
um adplausu honorisq; pompa urbem ingrederentur,
codem curru minister publicus vehebatur, qui pone co-
ronam auream gemmis distin etiam manu sustinens ip-
sis in

sis in aures insuffrabat, ut respicerent, hoc est, ut res-
quum vitæ curriculum providerent, ne eo honore elati
superbiæ cristas pavonum more erigerent. Adpen-
sa quoq; erat currui nola & flagellum, quibus notari
volueré, eos in illam calamitatis paludem incidere pos-
se, ut hisce cæsi instrumentis, capitis diminutione mul-
tarentur. Hanc impari modo DEUS humeris nostris
crucem imponens flagellum dorso affigit, ne nimio fe-
licitatis potu ebrii, cum Nebuchodonosore superbiamus
& verba in cælum jactemus, oreq; blasphemæ potentiaæ
divinae obloquamur: sed homines nos esse memineri-
mus, ea lege natos, ut omnib; fortunæ telis proposita sic
vita nostra; neq; esse recusandum quo minus ea, quâ-
nati sumus conditione, vivamus, ne ve tam graviter eos
feramus casus, quos nullo consilio vitare possumus;
eventisq; aliorum memoriam repetendis nihil accidisse
nobis novi cogitemus. Vita enim hæc nostra Pe-
nelopis telæ similis est, quæ texenda cottidiè retexen-
daq; venit; mare ventis ac turbinibus expositum, qui-
bus modo externus, modo internus homo miserè ex-
agitatur: iter extremus nivibus geluq; impeditum, per
rigidas montium crepedines, præcipitia, solitudines,
latronum insultus ac grassationes. Similis est ipsa aeri
quem ducimus, & in quo versamur: modo sudus, mo-
do uodus est, tempestas & serenitas; ita gaudijs præviæ
aut sequaces curæ. Ut Athletis olim fors non electio
adversarium dabat cum quo certarent: sic cuiq; no-
strum vitæ suam conditionem fata, cum qua luctemur.
Foris imminet perpetuus humani generis hostes Dia-
bolus ipsiq; addicta organa, quovis tempore oppres-
ionem & in teritum minantia: quemadmodum Israeli-

tis aqua procul in vastam collecta altitudinem, extium
certum minari videbatur. A dextro & sinistro latere
magnâ ingreditur ærumnarum stipati catenâ, quæ
perinde nos comitantur, ut Hebreorum ex Ægypto
in terram promissionis proficiscentium vestigia pone
& à lateribus persequebantur conjuges, liberi & familia
reliqua. A fronte sunt latrones & grassatores savi,
qui vel ex sedibus nostris ejective, vel in medios aqua-
rum fluctus nos dare præcipites conantur. Hinc ergo
vult DEUS ut nos recedamus ab eo strepitu qui fortis
est, & ineam, interiora mentis secretaria, ibiç; ipsum in-
voquemus ubi nemo vider gementem, illius cubiculi ad-
versus omnem extrinsecus illatam molestiam ostium
claudamus, humiliemus nos ipsos in confessione pec-
eati, magnificemus & laudemus ipsum corripiensem
& consolantem. DEUS enim ærumnis nos subiicit,
ut fidem & animi constantiam exploreat, exploratam
confirmet; quæ quamvis amara sint, non tamen ex-
tiosæ, sed utiles & salutares. In quibus ipsis hoc lon-
ge est acerbissimum, quod DEUS sape omnia huma-
na consilia & presidia ex oculis eripit, quibus co-
fidere poteramus; eam tamen ab causam ut fiduciam
in se solum transferat. Cum jam igitur omnibus hu-
manis destituti sumus præsidij, cum nec consilij nec
opus quicquam superest: enim mirabili adm̄ dū modo
nos calamitatum serie pressos iuvat, ut majestas ipsius
gloria & omnipotentia clarus & manif estius conspi-
ciatur, siquidem solus ille σωτηρ αὐθεντῶν ἐπὶ ζωὴς ἡδονῶν
Iar. Itaq; Gentium ille doctor cumquodam tempore fel-
sus malis à DEO petiisset, ut ab illo tantam acerbitatum
molem amoveret, responsum hoc tulit. Satis tibi
sic

fit quod carus acceptusq; mihi es. Quo enim tu mis-
erior & pluribus cum difficultatibus conflictaris, eò ma-
gis perspicitur potestas mea. Nam si bonis omnia pro-
sperè succederent, si divitijs abundantarent, si colerentur
à cæteris, si nunquam ægrotarent, dolerent nunquam,
nullum sentirent incommodum, existimaret vulgus
eos pietatem colere, non suapte sponte sed illa quasi
mercede allectos & invitatos. Nunc cum eos non
cruciatus corporis, non Tyrannidis lævitiz, non mor-
tis tandem metus à cultu Dei & pietate vera possit ab-
ducere; manifestò constat: honestatem ac virtutem
& DEUM in primis ipsum ab illis propter se, non prop-
ter ullam mercedem, amari. Non gratis te colit Io-
bus dieebat DEO veterator ille stygjus, errorumq; no-
strorum architectus & autor, Diabolus: Tamen cumu-
lasti eum opibus, auxisti liberis, perpetua deniq; vites
prosperitate prosecutus es. At DEUS tu inquit, do-
mos ejus inflamma, messes combure, interfice peco-
ra, eneca liberos, totum ipsius corpus arbitratu tuo la-
cera ac lania, ut liquidò constet, illum mei gratuj-
tum, non mercenarium esse cultorem. Sed eadem
æquitate animi, homo ille ut sanctissimus ita toleratis-
simus tulit adversa, qua & suscepserat prospera. Sicut
vasa fragili fornax probat: ita homines justos tentatio
tribulationis; & ut ignis aurum, sic misteria bonos viros.
Fornax est mundus, palea injusti, aurum justi, ignis
tribulatio, aurifex DEUS. Quod igitur volt ille, facia-
mus: ubi nos ponit, toleremus. Iubemur tolerare, no-
vit ille purgare. Ardeat licet palea nos ad incendū
consumendumq; : illa in cinerem vertitur ; nos for-
dibus caremus. Sicut Atheniensis de pace non nisi atrati

cogitabant, Prisci Oratoris dicto: ita pleriq; nostrum vix de DEO, nisi adflicti. Quæ enim, Auditores, nostra esset resipiscientia? quæ fides & humilitas, quæ confessio fieret, quæ preces in Ecclesia funderentur, nisi per afflictiones ad illa compellerentur fideles? Manasses & populus Babilone captus ad DEI misericordiam invocandam, convesi non fuissent, afflictionibus non coacti. Regius ille Propheta David bono sibi fuisse fatetur, quod à DEO depresso & castigatus sit.

Quid de Gentium doctore Paulo dicam, qui cum usq; ad tertium cælum raptus esset, eaq; vidisset, quæ vix homini in hac vita eloqui fas est, tamen ne propterea sibi placeret, neve insoleceret, additum sibi dicit Angelum satanæ, a quo quasi eolaphis cæderetur. Ut nautæ vndis agitati, non illas respiciunt, sed in cælum & astra oculos tollunt: sic inter mediam crucem, ab ijs animum abducimus, & ad altiora & quietiora applicamus. Equus indomitus & ferox, nisi frenetur, nimia lascivia exultans, sibi ipsi est exitio: Ita homo sine ægritudine & calamitate nimium contumax fit, & subinde altius se se efferendo tandem foedissimè corruit, Hujus fervoris præstantissimum remedium & ævidor est calamitas, seu adflictio, quæ domat & sedat nimium animi fervorem & pruritum carnis.

Quemadmodum enim luxuriantes pampinos succidi oportet, ne nimis latè sese diffundentes, vitis vires corrumpunt: sic præcipites & nimis ferventes motus cordis restinguendi sunt & comprimenti ærumnis & calamitatibus, ne extra modum prodeant, neve præcipiti quadam celeritate & temeritate longius justo proiecti,

judi-

judicium & rationem præcurrant, atq; pervertant.
Hinc sapienter ab Epaminonda factum est: is enim
cum insignem adeptus esset victoriam, omnem splen-
doris magnificentiam exuit, & postera die in publicum
squalidus & submissus processit, interrogatusq; cur nata
id ficeret? respondit: Ut frenum iniiciam superbiam, quæ
plerumq; felicitatis Comes est. Nihil enim est, quod
animos hominum à pietate magis deducit, quam res
secunda & bona fortuna. Hæc solet homines inflare,
spiritusq; quosdam elationis & arrogantis plenos secū
adferre. Fortuna enim quem nimium fovet stultum
facit.

*Luxuriant animi rebus plerumq; secundis,
Nec facile est aqua commoda mente pati.*

At inquiet, est tamen crux ista Christianorū dura
& asperitatis sale condita, & verè amara: Ego vero
crucem non tantum salutarem, sed omnium bonorum
matrem esse confido, idq; summa cum πλεονεξίᾳ ad-
firmat Paulus: & valde suave est augustissimus Augu-
stini dictum: fidelis est Dominus, nec nihil mali nobis
evenire patiatur, nisi boni quid ex eo elicere posset.
Sicut enim carnes quas ad tempus longius durare
volumus, sale condimus, ne verminent: aut quemad-
modum Chirurgi vulnera extergunt saniemq; expur-
gant, ne ante tempus coalecant: sic Deus cruce carnem
nostram reprimit ne nimis lasciviat. Sed ut fumus &
caligo quamvis crassa, cum alcum petit dissipatur &
spargitur: sic necesse doloris omnem nubem, si cogita-
tione alta & æterna adeamus. Cogitemus igitur id
quod res est, nullam crucem opinione nostra esse ma-
lam

C

lam

Iam quin seges honorū inde renascatur. Atquātum
demum malè haberemus, si nos ærumnis omnibus va-
cuos & nimia felicitate torpescentes, velut in mari lento
tranquillitas inertes detineret: id esset indicium abalie-
natis DEI voluntatis. Gentium ille doctor excludit
eos è numero filiorum DEI, qui castigationum non
sunt participes, quiq; sunt extra jactum persecutionum
constituti. Qui enim vult latari cum Israelitis, priu-
cum ipsis inter arumnarum molem laboret, ge-
mat, lacrymetur necesse est. Ut verni temporis
clementia minus hilararet animos nostros, nisi hyemis
rigor & asperitas eam antecessissent: Ita non perepit
boni suavitatem qui non amara & acerba gustavit.
Qui vult esse meus discipulus, tollat crucem suam &
sequatur me, inquit Salvator noster: Praeclarissimum,
vt & cætera omnia Christi dictum, quod quidem nos
certiores facit, cum ferimus crucem, insistere Christi
vestigijs & sequi illum ducentem Q[uo]d autem is vadit?
quo nos ducit? Non sane ad aulam magnificè exstructā
eujusdam Principis in hac mundi arena, non ad palatiū
aut Babylonicae meretrieis sedem; sed ad cælestē illud
domiciliū Regis regū & Domini dominantium. Hoc
immortalitatis iter ingredientibus paupertatem, cala-
mitatem, ærumnam, conflitationem, mœrorem Chri-
stus pro viatico statuit. Hanc æternitatis viam ille
instituendæ vitæ autor, salutis considerandæ sualor in-
gressus, necessitatis partim, partim consilij atq; utilitatis
præmonstravit, tractum etiam ejus ut porrigitur quo-
quaversus orbitis sualorijs circumduxit. Hac ipsa
certè viatores ducis ipsis uestigio sequaces, qui pri-
mus eam secuit, ærumnarum sarcinas, Mulas, ut dicitur,
Marianis convexere. Hujus igitur doctoris vestigijs
nisi stere

insistere si & nos volumus ipsumq; sequi ducentem, no-
met ipsos abnegemus necesse est, nostraq; crucis mo-
lem cotidie ferre discamus, perduremus inter contra-
dicentes, perferamus minas, bibamus opprobia, ne hanc
ineunte diverticula interim quare itemus amaritatis,
aut in fortunae diversorijs mansitemus, orbitasq;
supergressi priscæ & iustæ disciplinæ vestigijs impres-
sas longè exspaciemur. Versamur enim adhuc in re-
gione non gaudendi, sed gemendi: non exultandi,
sed plangendi. Non potest vita nostra in hac pere-
grinatione esse sine tentatione: quia prefectus noster
per temptationum semitam fit: nec sibi quisq; innotescit,
nisi tentatus, nec potest coronari nisi vicerit, nec potest
vincere nisi certaverit, nec potest certare nisi inimi-
cum habuerit. O abstrusa & recondita Dei consilia!
O bonitatem incomprehensibilem! O clementiam
admirabilem!

Deprimit ut relevet, premit ut solatia praeflet,
Enecat ut possint vivere esse super.

Quemadmodum nutrices à lacte infantes depel-
lunt, extrema mamma amarore infecta, quam illi
respuunt: sic Deus piorum vitam paupertatis onere,
tribulationum amaricie, alijsq; incommodis miscet, ut
hanc iucunditatem relinquant, nec ejus dulcedine capti
melioris & salubriter dulcioris obliviscantur. Si enim
cessaret neq; miseret seculi hujus felicitatis mel cala-
mitatum felle, oblisceremur eum. Sed ubi ango-
res molestiarum faciunt animæ fluctus, fides, quæ
dormitabat excitatur. Bonum virum in delitijs non
habet, sed sibi illum præparat, neq; dissoluta securita-
te negligentius agat, abscondit ab illo pauxillum

amoris sui dulcedinem. Videmus cotidie quomodo
aliter Patres, aliter Matres liberis indulgent. Illi
excitati iubent liberos ad studia obeunda maturé, feri-
atis quoq; diebus non patiuntur esse otiosos, & sudore
illis interdum etiam lacrymas excutiunt. At Matres
sovere in sinu, contineri in umbra volunt: nunquam
flere, tristari nunquam, nunquam laborare. Patrium
erga bonos viros D^Eus gerit animum, illosq; fortius
amat. Cum blanditur pater est, & cum cedit pater
est. Ideo blanditur ne deficiamus, ideo cedit ne
percamus.

Cum igitur multos plerumq; videamus optimos
& innocentissimos, quantum quidem hominis natura
fert, in hoc mundi carcere nunquam interquiescere
& à molestiarum mole respirare, sed perpetua quadam
miseriarum & calamitatum serie vñq; ad extremum
spiritum premi, boni id consulamus, & æquo seramus
animo. Ut enim in mari alij alias venti, gubernator ta-
men rectum cursum tenet nec deflestit mentem aut
oculos à proposito portu: ita nostrum est recta pete-
re, prosequi, nec ejci via adversante aliqua crucis aut
acerbitatis aurâ. Caveamus, ne quod durum est, ut
dicitur, contra stimulum calcitrare & bellum Gygan-
tæ more D^Eo indicere videamur. Ab ipso enim
& fato ejus pendemus, certi subire sortem quam
ille dabit, patienti cervice. Calcitrones & refracta-
rij equi hoc consequuntur, ut verbera aliquot
excipient, nec tamen excutiant iugum. Omnino le-
vius fit omne malum leniter ferendo. Qui interpre-
tando auget, qui velut scalpit suum ulcus, facit quod
qui onus ad onus sibi addunt: standum est in acie &
sine

sine fugæ vlla cogitatione vincendum aut cadendum. Necessitas ferendæ conditionis humanæ, quasi cum Dœ pugnare prohibet, admonetq; esse hominem, quæ cogitatio luctum magnopere levat. Quo verò plura acerba patimur eò maioribus premijs ornabimur: quo plures difficultates superamus, eò plures coronas accipiemus: quo dimicamus acrius, eò majorem æternitatis gloriam consequemur: quo plus habemus afflictionum, eò proprius nos ad finem venisse cogitabimus, qui est lætitia, quies & vita æterna. Possem hoc loco jam evagari latius, & causas cur Dœus bonos in hac vita cruci velit subjectos esse; tū repetitis & vetere memoriz, tum vivis æ spirantibus exemplis confirmare, nisi me temporis ratio breviorem esse admoneret.

Sed dicat quis: cur vero Dœus sua etiam bona cum malis communicat? Siccine suos beat? non satis ei est affligere suos, nisi & malos præmijs ornent? Tu pusille circumludis infinitum & æternum illud; tu mortalis aliquid fari de illo attentas, cuius nomen ineffabile? Dœus, inquam, Dœus est, non homo. Deus inquam est, qui solem suum oriri sinit super bonos & malos. Quare non ex tuo corrupto cerebro illum iudices oportet, cum nec comprehendatur intelligentia tua æcie. Solet enim Dœus ipse fons bonorum omnium, sic interdum etiam indignis impertire beneficia sua: ut & hi, qui ijs fruuntur, & qui hos vident perfui, non humanum in eo meritum ullum, sed tantum divinam liberalitatem & gratiam admirantur. Ut pueris Parentes multa præter viatum imponunt, idq; rurelæ aut salutis causa; ita DEi providentia nobis.

Quid

Quid vero tam est praeter cogitationem humanam,
quam quod afflictiones, ærumnæ, & tentationes
omnes Christianis salutares sint atq; utiles? Malum
videtur morbus; & tamen Christianis est magnum
bonum. Pernices putatur esse mors; & tamen
Christianis placidissimus somnus & ad vitam suavissi-
mus aditus. Amarissimæ esse existimantur ærumnæ
tentationes & afflictiones cæteræ, quibus divexari so-
lemus; & tamen sint Christianis ambrosia & nectar.
Cum enim acerba propinare videtur Deus; dulcissima
imò mellitissima infundit & offert. Cum irasci videtur, fa-
miliarissime arridet. Cum ab eo premi nos putamus;
maximè sublevamur. Cum deserui nos opinamur, præ-
sto est & iuvat efficaciter. Cum infirmamur, confir-
mamur: & vt rebo complectar omnia, cum pessime
nobis esse judicamus, omnium habemus optimè.

Mira hæc quidem sunt, Auditores, & quæ o-
mnia Paradoxa superant. Quis autem de his Deum ju-
dicabit & quis ab ipso rationes posset, cur malos etiam
quasi præmijs ornent: quæ tamen præmia omnino ò
sunt, nec verè esse possunt. Sed quemadmodum
pater qui in bonis suis forte & scenicas habet vestes;
non dignas judicat eas, quibus filij induantur, sed de-
cere scenicos servos arbitratur; sic in hac scena bono-
rum Deus, ea bona, quibus malos interdum adficitur,
indigna sua gloria judicat, ut ipsa in bonos absoluti
præmij loco conferat, servat autem suis optimus ille
pater major a in cælo præmia, aeterna non peritura;
manentia non fugientia, cælestia non terrestria,
talia quæ nec auris audivit, nec oculus vidit, nec in
cor hominis descenderunt. Ut Princeps (si
aeterna licet componere caducis) stipendum cuvi
militi

milici gregario dohat; querneam autem muralemve
coronam ipsi qui primus vallum concenderit, reponit;
sic Princeps ille principum gregaria illa bona cum
malis communicat, bonis autem majora in cælo re-
posita conservat; ut in regno ipsius sedentes conspectu
perpetuo DEI fruantur. quod quidem munus erit
sine onere, & honor sine invidia, & favor sine
suspicio & gaudium sine fine, & amor sine
fastidio. O incomprehensibilem DEI sapientiam! O ad-
mirandam bonitatem! O autem nostram insaniam!
O nostram vanitatem! O impietatem qui DEI facta
& opera nostris pedibus humanoq; more metiri
audemus!

At justitiae DEI, ogganiat iterum ali-
quis, congruere videbatur, tribui bona bonis, ma-
la malis, quod & ipse se facturum passim in sacris
ostendit. Tunc, homuncio, à Christo delitias ex-
petis, qui nec sibi ipsi pepercit, nec affectis juratis
simis. Proinde sine illum uti suo arbitratu, nec
aures ejus tantopere fatiga ob earum rerum
desiderium, quæ inter bona malaq; ambiguæ sunt.
Promisit quidem DEUS hujus vita bona pijs, sed
cum exceptione crucis. Certo certius enim est quod
DEVS toties asseverat, pios habituros esse præ-
mia: Nam ordo DEI immutabilis hic est, ut bo-
nis sit benè, malis male. At in hac vita tantum
abest, ut tranquillitatem habeant pijs, ut miserrimi
sint omnium nullusq; alius sit, cui tot arumnae &
calamitates accidunt. Quare tam certum est

secuturam

secuturam aliam vitam post hanc, in qua pijs felicitate atq; beatitudine perpetua quasi inebrientur, quam certum est Deum verbo creasse cælum & terram, in qua sumus & movemur. Quid enim est quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo tam gravi nos in laborū & molestiarum palestro exerceamus, nisi in altera æterna illa vita dulcissima speremus præmia: impij vero qui rerum successu insolentes & fortunæ indulgentia compti impotenter efferruntur, eo vsq; fastu atq; insolentia erumpente, ut humanæ ipsi conditionis non neminerint tot casibus obnoxiat, habituri sint aeterna supplicia?

Sed querat quis; cur hic vel ille pius graviore præ alijs paupertatis onere premitur, cum Deus promiserit pijs omnibus hujus vitæ bona? An verò hie vel ille pius ita pius est, ut nullis sit contaminatus vitijs? Ecce inter Sanctos ejus nemo imutabilis, & carli non sunt mundi in cōspectu ejus. Nemo (clicet fuerit Dijsproximus) tantæ probitatis homo, cuius vita aliquātulis vitiorū tenebris nō obnubiletur. ~~Ka~~qdīsproximus DEUS est, & respicit interiora, & vel pro peccati gravitate vel peccatorum diversitate etiam gravioribus hunc quam illum coerces pānis. Quemadmodum ex ægrotis alij alijs vehementioribus indigent pharmacis, ita ex hominibus alij alijs gravioribus scatent vitijs. Ut Medici quādam venena venenis pellunt in ægrotantium salutem, non in noxam: Sic itaq; Deus peccati virus hacce ærumnarum amaritudine.

At inquires: si majora Deus bona mihi largiri noluisset, tū nec quæ habet cōripi mihi debuissent. Male distinguis inter

Inter bona peritura & bona animæ: DEus te pe-
catorum scabie & spiritualis lepræ sordibus contami-
natum, misericordiaꝝ sua potu purgat, purgatum sa-
cra sacri baptismatis vnda abluit, ablutum candidaꝝ ju-
stitiaꝝ nouæ veste induit, induitum vero in filium &
coheredem cælestis vitæ cooptat. Quod si tanto
studio coluntur ea bona, quibus nihil aliud quam lucra
& rei familiaris amplificationes tum incertæ, tum labo-
ris ac periculi plenæ augentur; multo melius illa, quibus
parantur veræ illæ opes animæ, quæ non furto eripi,
non incendio absundi, non naufragio absorberi: quæ
non voluptatum illecebris, non dolorum facibus, non
splendore divitiarum, non obscura & contemta pauper-
itate, non honorum siti, non laudis ebrietate, non
ignominiaꝝ metu, non vitæ cupiditate, non mortis de-
niq; terroribus convelli & labefactari possunt. O
dona illustrissima & perpetuo duratura! De his
merito lætari debebas; tu vero ob pugillum honoris
aut terræ à te ablatum stomacharis & Deum in jus-
vocitas? Pvero, licet epulaturo, cultellum auferas, eun-
denq; misere quiritantem ablactas & à pupilla abigis,
non nocendi, sed iuvandi studio, pari modo tecum
agit DEus. Naufragium fecisti rerum tuarum: cogita
non quid perdisderis, sed quod evaseris, perire potu-
isti una cum omnibus. Bonum tibi fuit; si eas retinuisses,
naufragium tibi doctrinæ & animæ esse potuissent. Ma-
gistratu es deiectus: potuisses gladio isto si eum retinu-
isses animæ tuae vim inferre. Paupertatis onere pre-
meris? Senecæ igitur ne Etiam imbibe, nemo tam pauper
vivit quam natus; quisquis exit in lucem, iussus est lacte &
panc esse contentus

D

Ae

At dices, ut ut hæc ferantur mala, carmen non
decere piis & innocentissimos ita trucidari atq; tam in-
exauditis mortibus excrucificari? Quid enim aspectu
fædus, quam tot probos homines veluti pecora rapi, vel
ad miserrimā duci seruitutē? Quid auditu tristius, quam
tot generosissimos & de Ecclesia bene meritos aut palis
affigi aut discencari? Tu vero audi & cohibe spiritum
loquacitatis tuæ, frigusq; illud opinionum calface &
illustra ad rationis solem. Nonne in figuli manu est effi-
gere leui rota vasculum, & idem frägere? & hoc melius
quodfigulus noster nos non frangit sed refringit & ex-
miseris beatos, ex inferis superos reddit. Non est, quod
apparet malū: est, quod non adparet bonum. Ho-
minibus qui crucē hanc Martyrū sensibus definiunt, ap-
paret stultitia, paupertas, amaritudo, imbecillitas, ijs ta-
men qui rem metiuntur fructu est sapientia, thesaurus,
consolatio, fortitudo. Martyrum enim dolores Deus ita
temper lenit, ita non nunquam tollit, ut si gaudium
metiamur indolentia, cælum voluptate, in pæna sic
voluptas, in Martyrio cælum. Non loquor ad ampli-
ficationem, loquor vera. Nam Stephano inter medios
lapides cæli aperti. Petro in gravissimis vinculis An-
gelus liberans; reliquis Martyribus reliqui consola-
tionum quasi sales interliti, faciunt facile, ut in Mar-
tyrio quis non tam fugiat pænam, quam consecetur
dulcedinem. Non iucundior fuit Sardanapalo le-
etus infertus Melitensi pluma, quam S. Laurentio cra-
ticula: non suavis & liquidius fuit unguentum Helenæ,
quam laminæ ardentes Cæciliæ. Quid minutus sum?
collige carbones, ecules, rotas, funes, cruces, que quid
deniq; tormentorum fuit excogitatum à Satana,
edbi.

Satana, adhibitum à Tyranno, facile videbis Deum adspersisse & carboni suavitatem, ut videatur pluma, & ecclœo dulcedinem, ut videatur mel, & rotæ iucunditatem, ut videatur gramen, & funi gloriam, ut videatur diadema, & patibulo latitiam, ut videatur trophyum, & reliquis omnibus tormentis reliquas omnes voluptates uevideantur cœlestes. Omnibus enim morioriendum est, & horæ momenta cœta mors venit. Hac conditione intravimus ut exiremus. Peregrinatio vita nostra est; multum cum ambulaverimus, domum rediendum est. Quid ergo differt terrave an mari iter hoc faciant? Quid refert quam multa sunt vulnera? non potest amplius quam unum esse mortiferum. Homines nati sumus, & ex quo nati sumus, ducimur ad mortem. Sicut iij qui in naui sunt, dormientes ac vigilantes uehuntur, cum sensu, sine sensu: sic nos eo provehimur, & aliquando abripimur aut mergimur velut tempestate. Vides arborē illam quæ vere primo folia induit? pulchra est & viret, umbram & speciem gratam sui præbet: quid tamen est? mox ventus aut iactus folia pauca decutit, cum æstus & siccitas, deniq; hyems omnibus spoliat & nudat. En humanum genus? vident, vigent, ille atq; ille moritur morbo, vi, fraude, & cum hyems senij superuenit, omnes naturæ lege. Qui periti cœlestiū sunt, in solis aut lunæ deliquio non stupent aut timent; sciunt nam mox redeturam utriq; sideri suam claritatem: simile nobis Christianis sit, qui gnari diuinarum promissionum non mortem hāc habem⁹, sed transitum ad vitam. Optimum igitur est pati, quod emendare non possumus, & Deum quo au-

Dij tore

concta proveniunt, sine murmure comitari. Multi quidem nobis pijs videntur, quos Deus grauissimorum latentium scelerum reos habeat, quibus utile esse novit, ut in tentationum camino astudent. Sicut hortorum peritus cultor, plantas quasdam prius quam degenerent, elevat & urit: quosdam florum in calice, quosdam & fructum in acerbitate decerpit, & in mel ac saccharum recondit: Scito sic facere magnum illum mundani horti cultorem alios aliosq; aliter carpere, quemq; in suum usum. Ille obiit: à vinculis ad libertatem iuit. Obiit: à euris & angoribus ad gaudia. Obiit: absoluit iter, decurrit stadium, palmam & coronam habet.

Quemadmodum cum generosas Pater uvas immundis calcat pedibus, ut generosum inde paret viuum, ne si diutius uvae in vite penderent efflueret & periaret: puer hoc videt, egregias miratur uvas & quia stultus est excandescit, calcantiq; patri irascitur, nec comprehendere potest, cui bono calcantur uvae: Pater vero & uvarum bonitatem usumq; filio melius nouit, & scit sese, ut nisi mature calcentur uvae intra paucos dies emarcescant, atq; tum non calecentur, sed procalecentur: sic Deus optimo consilio, nobis autē incognito, suos vario motis genere ad se rapit, id quod stulti mirantur, Deoq; ob id irascuntur, nec vim facti divini sensu compleri possunt. Ispe autē Cœlestis Pater videt quidcuiq; expediatis videt, si hic aut ille diutius superuiuat, potuisse veritatem ipsius pietatemq; malorum contagio infici & perdi: novit ergo quādo vnuquisq; silegendus, stringendus, condendusq; me in ramis putre scanc. Quid? quod Pij & boni una mor-

sig

horula martyrio suo plus mundo prosunt, quam alias
longissimo vitæ spatio. Relinquent enim suæ virtu-
tis, constantiæ & pietatis exemplar. Commonefaci-
unt nos de instabilitate vitæ, & communi omnium
sorte. Nam ut alios in morbum quendam incidere,
& tandem mori videmus: sic nobis quoq; eventurum
esse existimabimus. Hæc eogitatio nos invitat, vt
in toto vitæ nostræ stadio, ad mortem, tanquam ad
vnicum finem seu metam præparemus, humanaq; om-
nia contemnamus; nitamurq; vt ex tempestatibus &
mundi salo in hospitiū & poli portum navigemus. Iacta-
musr enim animi fluctibus; vrimur cupiditatum æstus
formidinis gelu corpescimns: quis non tandem nau-
seat præsentem illum statum? Hic umbra mortis.
Illic lux vitæ: quis hanc non spectet & speret, illam
differat aut spernat?

At scelerati, proferat quis, interim dominantur:
verum quidem hoc, sed semper malæ conscientiæ
vulturem, tanquam tortorem suum secum quovis
locorum circumferunt, quæ illos, ne minima quidē
interposita quiete, mordens nunquam consumit.
Cogita enim quos pavores, quas anxietatum febres
senserunt: hic dum adulterium, ille dum furtum mo-
litur; hic dum fratri venenum misceret, vt imperium
potiatur; ille dum optimos cives vi partim, partim
fraude removet, vt Tyrannidem retinere possit, quan-
tum ante patratum malum, quantum in patrando,
quantum post patratum, remordente conscientia, ma-
li passi sunt, & adhuc patiuntur. Dijonius Siciliae Tyran-
nus, multo tum tranquilliori vitæ conditione frueba-
datur.

batur, cum virgam fasce Iudimoderator iuventuti
Corinthiacæ imponeret, quam cum sceptrum, quo
universam Siciliam afflixerat, gereret. In summo enī
illo felicitatis apice barbam Siculorum novaculæ com-
mittere non ausus: Filiabus eam præbet; suspectæ fiunt
& filii; titione demum amburit & torret. Putas sub
eorum tyrannide felicibus illis vixisse infeliorē
quem quam? Nemo enim sceleratorum ex hoc mun-
di carcere effugere Deo potest. Tacito pede divina
solet procedere vindicta sed caritatem gravitate pæ-
næ acriter compensat nam si quem pro seclere ul-
ciscier vult Deus: ei diurniorem, aut plurimum in-
pietatis consuevit concedere, ut ex immutatione re-
rum fortius doleat. Reste itaq; dixit Claudianus:

Tollantur in altum,

Ut lapsu graviore ruant

Quare, Auditores, cum bonis male, improbis
bene esse in hoc vitæ carcere videamus, à calamita-
tum nubibus nos avertamus necesse est ad diuina &
æterna. Sicut Athletæ in stadio oculos ad metam
& brabium intendunt: ita nostra mens debet ad cæ-
lum & æternam illam palmam. Quemadmodum in
diversorio malo, morantes modestius quicquid in-
commodi obijcitur toleramus; propter ea quod cras
simul atq; dies illuxerit, discedere cogitamus meli-
ora sperantes; ita, cum in hujus mundi hospitio calami-
tatum iterie affligimur, hac spe nos sustentemus, non
diu mansuram afflictionem sed brevi desituram

gaudium

gaudium & animi tranquillitatem esse secuturam.
O permutationem felicissimam! Peregrinantes spe
reditus, totam profectionem levius ferunt, quod
brevi domum reversi, quietem habituri sint, & suos
revisurit nos hoc vita curriculum laboriosum &
calamitosum, spe veniendi tandem in patriam, adi-
piscendiq; pacem ac salutem, placatius confidere, &
omnes molestias, quæ dum adhuc in itinere sumus,
objeiuntur, tolerabilius pati recusamus? O exigitatem!
O dementiam nostram! Sicuti ij qui à littore in
altum proiecti sunt, oculis & votis terram requirunt:
sic nos identidem effusibus buiis Soli Salo ad i-
stum adspirare debemus portum, ubi vita sine fine; sol
sine occasu, sine ortu: Perpetuitas sine momen-
tis: Præsens sine lapsu: satietas sine fastidio: deside-
rium sine defectu: Triumphus sine bello: lætitia sine
gestu: Finis & principium utroq; carens, neutrius
egens, utriusq; parens & auctor. Ubi participatio
sine invidia: colloctio sine sermone: collatio
sine decisione: receptio sine accessione: quies sine
motu: Omnia in omnibus, ab uno, non ab omnibus,
sed ab uno illo immenso & æterno in immensum
& æternum. O gaudium inexplebile! bis gaudium
iterum gaudium! O Voluptas insatiabilis! bis vo-
luptas, iterum voluptas.

Tu Fili Dei mentium nostrarum tenebras illumina, ut
hæc tanta tua in affigendis bonis mysteria co-
gnoscamus, caveamusq; ab illis qui te sub ferulam vo-
cant, ne eorum contagio nobis obicit, ne pestis illa Epi-
cureorum

eureorum & aliorum pulcram nobis tandem vestem
exuat. Sitnon nulla jocunditas, ne deficiamus: nec
plena securitas, ne male exultemus. Da nobis inebri-
ari ab ubertate domus tuæ, et voluptatis tuæ potari tor-
rente, quo mundati atq; regenerati, non solum tristitiae
nube absorbeamur, verum etiam in eo gloriemur: sci-
entes, quia tribulatio patientiam operit, patientia pro-
bationem, probatio spem, qua non confundit. Tu au-
tem o homo, desine tandem creatorem in jus vocare;
desine illum injustè accusare: disce causas admirandæ
economiaꝝ divinæ; disce linguam ad DEI laudes dirige-
re: rationem ad Creatoris gloriam illustrandam
convertere: cui DEO æterno sapienti & potenti
sit laus & honos in omnem sempiternam
æviternitatem.

D I X I.

*Æquus ac benivolus lector Typographica
menda cunctabit.*





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn728269155/phys_0037](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728269155/phys_0037)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn728269155/phys_0038](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728269155/phys_0038)

DFG

27.8.58



at transformationes in lupos vel similes effectus producent
lib. divinor II.

Unum nota, scilicet: Quæ divina vi præter naturæ
gicis lusibus toto generè sunt separanda. Item, Quæ miraculo fi-
tura modum non sunt judicanda. Confer lac. Mart. ex. meta-

Tandem statuimus cum Bierm. th. 41. de λυγε-
ribus μεταμορφωσις tam multum celebratis, dominari in
sevitium Diaboli, qui impios quidem omnes ad dissolutam
quorum animos per vim tenet (in primis quos beneficio, poti-
rationis mutua sibi familiariter devinxit) eos ad facinora
sed & beluino appetitu terroria impellit. Talem immutati-
Sarmatici provincijs (de quibus magna λυγεθεωπνω-
vare licet, non figuram aut formam sed appetitum humanum
fer hoc Arist. 7. Eth. c. 1. & 6. Item sententiam quorunq;
qui λυγεθεωπνω habent loco alicuius affectionis, eamq;
depravatae phantasie seu imaginationis, cuius rei exempla
Lemmius in lib. de humoribus.

Reliqua, que de magicis rerum conversionibus circumfe-
quam visa esse, aut si qua visa sunt, non rem videndam sed o-
scino fuisse oblaesum; aut si inviolatus persistenter oculus, rem
fuisse subductam, illamq; illam in locum substitutam plane af-
ficitur.

Nam (ut hoc breviter saltē ex Vairo lib. de fasci-
Dæmon mille artifex, divinā potissimum si gaudeat permis-
neri egregie imponere, vel 1. sensuum vires obnubilando, n-
suum objectum est, pertingant, vel 2. objectum ipsum occi-
aliud ostendendo, vel 3. oculorum humores corrupendo,
piant, quam est, vel 4. aerem intermedium condensando, if-
gestit exhibere, assimilando, Exempla ubiq; sunt obvia.
August. de civ. Dei l. 18. c. 18. Luth. in expos. Decal.
l. 3. c. 10. l. 4. c. 22. seq. Godelm. l. 2. c. 3. p. 24. Horst.
quæst. 9. Casman part. 2. angel. p. 531. Egregium aute-
plum vide apud Georg. Sabinum. l. 7. metam Ovid.

Quæstio VIII.

An Dæmones verè cum Magis congregiantur
num veram queant procreare siboles

Et hōs persuasum est multis. Patentur enim Maga

B 3



the scale towards document